Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



postresurrectionem praesentatum et commemorat
Presedum quia et secundum eunde matheum non ita dictum est.
Aiunt illi malos male perdet, uane quod postum est illi
plurales numerus accipiendus sit tamquam eorum fue
rit ista responsio Quieum de sua potesta tedolose inter
rogauerant, sed aiunt illi dictum est. id est illi ipsi dno sin
gulari pronomine non plurali. Quod in codicibus grecis
sine ullo scrupulo ambiguitatis apparet., Et quidam
sermones apud euangelista iohannem. Ubi hoc quod
dico facilius possit intellegi. Dicebat ergo inquid
ihs ad eos. Quici ediderunt ei iudaeos. si uos perman
seritis in sermone meo uere discipuli mei eritis. et cog
noscetis ueritatem. et ueritas liberabit uos, et re
sponderunt ei semen abrahae sumus. et nemini seruiu
imus umquam quomodo tu dicis. liberi eritis, respon
dit eis ihs., Amen amen dico uobis. Quia omnis
qui facit peccatum seruus est peccati. seruus autem
non manet in domo in aeternum, filius autem manet in
aeternum. si ergo filius uos liberauerit uere liberi
eritis. scio quia filii abrahae estis. sed quaeritis me inter
ficere quia sermones meus non capit in uobis, Monitique
illis dicebat quaeritis me interficere. Qui in eum iam
crediderant. Quibus dixerat. si uos manseritis in ser
mone meo uere discipuli mei eritis. sed quia hoc ad eos
dixerat quia iam in eum crediderant, Cauere omul
titudo praesenserat quae plures habebat inimicos.
Et iam non exprimente euangelista quiessent. Qui
responderunt ex hoc ipso quod responderunt. et qd
deinde a illo audire merunt satis apparet quae uer
ba quibus sint tribuenda personis, Sicut ergo in
hac multitudine secundum iohannem erat
quia amcrediderant in ihm, Erant